

dicitur; qui & ante expeditionem honoratissimum fuit; utpote quem Periarum agminis ducem Xerxes confinuit. Atqui pater Estheris non solum Judeus fuit, sed etiam diu; ut appareat, ante mortuos. In adoptivum porrò patrem Mardochaeum nifilo magis ista competunt. Ad hac Estherem sanctissimam, & modeftissimam feminam fuisse ejus historia testatur. At Amestris impotens, & crudelis fuit; cuius barbarum, & immanne facinus narrat Herodotus in Mafitis conjugem edidit; quam à Xerxe deditam in potestem accipiter, mamillas ei abdicavit, & eas canibus abiecit; tum naflo, auribus, labiis, & lingua mutilata domum remisit. Haccine quo ad Estherem pertinere possunt? Quod judicium in iis Chronologis fuit, qui levissima similitudine nominis induci contra & historiam ipsam, & communem sensum tam foeda, & abfida commiserunt? Nam quod Assuerus Hebreus ita concipiatur, ut οὐαῖς Græcē sit, quod est Xerxis vocabulo simile; primum que est ita similitudo! Deinde Persicē non οὐαῖς, sed οὐαῖς dicitur, si Scaligerio credere dignum est. Quamobrem omnibus exarata præsidū, summis autem incommodis, & absurdis impicata Scaligeri conjectura de Xerxe nūquā potest confisteret.

## CAPUT XXVIII.

Verum tempus Estheris.

**R**ESTAT ut opinionem ipsi nobis aliquam ex tanta varietate feligamus. Placet igitur inter omnes illa Josephi lib. xi. cap. vi. Artaxerxes Longimanum Xerxis F. Estheris conjugem fuisse. Hanc Bellarmius amplectatur, qui & eam Severo Sulptio hand rete tribuit, ut & Serrarius obseruat. Ac miratus sum nuper à viro docto, & diligenti, qui huius ipsi de Longimano tentientibus subscriptis, trahi in partes Sulptium; & Serratum, qui id reprehenderet, notari. Atqui aut meridie non lucet, aut Sulptius Estheris virum Artaxerxes illum nominat, qui Dario Ocho, id est Notho, successit, & successorem habuit ipse Ochum Artaxerxes. Et igitur est Sulptius tentientibus Estheris conjux Artaxerxes Mnemon. Nos Longimanum preferimus. Qui autem Persarum imperium Dario cūdā Medo, vel patri Assueri Estherem adscrībunt, in nūgīs & otiosis fabulis confūcantur; quas solidis argumentis Bellarmius discussiū, quorū fidem immēritū Serrarius elevavit. Primum illud & validissimum est de Artaxerxes nomine, quod Persarum proprium est. Huic Serrarius opponit Tobiae ultimum caput, ubi Medorum rex Græcē Artaxerxes vocatur. Verum non Artaxerxes, sed Assuerus in Græco legitur: ut id μηνονότοις Serrarii videatur. Alterum argumentum non minus rem efficit. Artaxerxes, five Assuerus Estheris conjux latissime regnauit, ac cxxvii. provincias ab India Äthiopiam usque imperio suo comprehendit. Darius Medus paucissimis regionibus imperavat. Sed de Dario Medo, déqué vulgari fabula suo loco plura disputavimus. Tertia nihilominus Bellarmii ratio firmor est, quam ut à Serrario positi eludi. Constat dicit ex historia, virum illum Estheris Persam fuisse, qua præscriptione Darius ille Medus excluditur. Serrarius Assuerum Estheris ultimo capite id air tantummodo profiteri, sed de Persarum regno esse, non Persam. Atqui cum in Aman inveniatur, & commate io. alienum a Persarum languine esse dicit, nempe non obscūre sepe rex ipse à Persarum stirpe oriundum esse demonstrat; eti hoc ex tota historia libriq[ue] serie clarus est, quam ut probatio nō egat. Verum ille ipse capit postremi locus difficultem questionem habet. Nam Amanus ibi & animo, & gente Macedo vocatur; cūm fatis conset, vix illo, quo gesta ista volumus, tempore Persis Macedonum esse nomen auditum. Nos de Amani patria, atque stirpe non disputamus; quod Serrarius nostre in Commentariis plenissime facit. Hoc unum admonemus, videndum eisdem Interpres illi Iudeus, qui ex Hebrao capita illa postrema transfluit, eo tempore scriperit, quo jam Macedonum opes Persis formidolosæ esse cooperant; aut etiam cum à Gracis ac Macedonibus eversum erat Persarum imperium. Nam cūm inter pers-

De septuaginta Danielis hebdomadibus.

## CAPUT XXIX.

Judaicarum rerum, qua ad illam questionem pertinent, summa. Tum Persicē reges tam Urbi quam templi restituendi potestate fecisse.

**P**ROPHETICORUM omnium oraculorum longe illustrissimum, & ad Christianam religionis corroborandam fidem præstantissimum est, quod Danielis capite nono continetur: in quo tamē tententiarum, verbōrum difficultas cum excellētia, ac dignitatis certat. Incredibile est paucis verbis quam magna, quam abstrusa, ac reconducta Daniel exp̄r̄s̄it. Argumenta sunt innumerabiles veterum interpretationes ac tentatiæ, quæ nulla in quæstione vel plures, vel inter se contraria magis occurruunt. Obscuritatis autem non minima pars est, quid earum hebdomadarum explicatio variis ex intervallis temporum, & historiis pendet, quarum est per se inquisitio difficultis, quales sunt Persarum regum anni: tum quicquid ab iis ad Christi Domini ortum, ac Passionem intercessit. quorum temporum res gestæ partim è profanis Scriptoriis; partim è sacris, imprimisque libris Eideribus duabus, repetenda, perplexam, & implicatam rationem continent. Ex iis vero capitibus, quod est primum, Persarum videlicet regum tempus ac successionem super libro x. definimus. ad quod & exquisita illa de Babylonico regno, ac Nabuchodonosori successoribus, & initio Cyri adjungenda disputato. quæ sunt ejus, quam aggrēdūtū modō, disceptanda, emendandaque questionis firmamenta præcipua. His accedat oportet terum Judaicarum, quæ sub Persicē regibus acciderunt, summa comprehensio ex factorum librorum hausta fontibus, Eideræ videlicet, ac Nhemiez.

Nhemiez. Hinc enim controversia status, ac nō x̄av̄ dependet.

Quod igitur ex ultimo capite libri Paralip. atque ex initio libri Eideræ colligimus; anno primo Cyri (ex quo nimirum Babylone regnavit; neque enim antea potuit) regis illius editio facta Iudeis est redeundi in patriam, & templi instaurandi potestas: tum vasa Templi Domini, quæ Nabuchodonosor abfūlateral, restituta. ¶ Dudes migrationis hujus fuere Zorobabel, Ptolemaeus, & Cleopatra regnantiibus, Lyfimachus appendicis illas libri Esther interpretatus esse dicitur. Ita vulgus Turcarum, & Turcia nomina alienissimis etiam populus assingit. Sic in India, Indisque populus eadem impliceat peccatur. Alii aliter respondent. ut vel haretici contra capitum illorum auctoritatem argumentari ex illo loco desinat: vel noſtri posteriorib[us] longe, quam nos putamus, Persarum temporibus Estheris historiam minus licenter adscrībant. Et si alio itidem ex loco contrarium nonnulli sibi persuadent, antiquorum Persicis etiam temporibus Estherem fuisse. Enim cap. ii. com. 6. Mardochaeus translatus est de Jerusalem eo tempore, quo Jechonias migravit. Hoc vero nimis diffat ab Artaxerxis, aiorumque Persicis regum temporibus. Sunt qui Mardochaeus avi fuisse longissimi ex eo loco fæcatur. Sed nihil est necesse. Non enim Mardochaeus ipse, sed ejus proars Cis deportatus ibi dicitur.

Quamobrem anno Assueri, vel Artaxerxes Longimani septimo, mense decimo, Esther ad regem ei introiit. Hic est annus Periodi Julianæ 4255. ante Christianam èram 438. Quæ autem de die ipso mensis Adar xliii, quo supplicium Iudei de hostiis sumperunt, anno Artaxerxes duodecimo, Scaliger et Judaica recentiore periodo differit, ea nauic facienda sunt. Nam novissima illa Judaica anni descriptio ab antiquis illis temporibus alienissima est. Sed & pugnat secum ipse, dum menses Judaicos, & eorum dies ex Lunari illa Periodo petitos etiam imperante Xerxe Iudeis attribuit: cūm alii passim Hebreos, antequam Syromacedonibus & Seleucidis subfescit, non lunarem annum ufo civili, sed aquibale & Babylonium, vel Persicum; certè principum illorum, quorum ex eis efficiuntur, ut supra dictum est. De quo nos abunde lib. ii. disputavimus.

Quoniam Periodus regis Tempis utique indicatur, de potestate.

Nam ut de posteriori illo modo disputationem, magna questionis, difficultatisque pars in eo vertitur, ut illud imprimis constitutatur, a quoniam rege Persarum urbis instauranda facultas expressa fuerit. Etenim quater omnino reges novum aliquod beneficium, novumque regum efficiunt, quatenus Urbis ruinas instaurare permitterint; atque utrum omnes illi non solum Templum, sed etiam Urbis ipsius menia adificari possint. Etenim qui à postrema facultate, quam Artaxerxes indulxit, ejusque, quem Longimanum putant, anno vicesimo hebdomadas auspiciantur, recentiores videlicet penē omnes interpres, ac Theologi, negant ante Artaxerxes vicesimum menia ipsa instaurare licuisse: nec aliud centuperiores concessisse Principes, quam ut templum à ruinis exsiceretur: id quod etiam Scriptura veris in dicari statuunt. Nam in Cyri, & Darii decreto, & Artaxerxis priore, Templi solius mentio fit. in postremo vero, quod Artaxerxes vicesimo Nehemias obtinuit, Urbis, ac murorum. Alii contra omnibus illis Persicis regum sanctionibus non solius Templi, sed & urbis condenda licentiam factam assertur.

Cyri utrumque, qui scribit Cyrum mandans Iudeis, in patriam redire, τὸ ἔτος τὸ τέλος ἡ ἀποστολή, καὶ ἡ δεῖν εἶναι, & instaurare Hierosolymorum urbem, ac Dei templum. Hoc vero iam tum inchoatum esse, dent littera, quas Judorum hostes post Cyri mortem ad Assuerum, vel Artaxerxes dederunt, Eider. i. cap. 12. Nōrum fit, inquit, Regi, qui ascendērunt à te ad nos, venerant in Ierusalem civitatem rebellē, & pestilē, quam adificant, exstremantes muros ejus, & portes componentes.

Eider. Darii evidenter argumentis idem ostenditur. Si quidem Aggeus, qui per illud tempus vaticinabatur, non obscurè significat urbem tunc adificari cōspise. Nam cap. i. populū increpat, quod vulgo jaſcet; nondum veniale tempus adificande domus Domini, Pars II.

qui illa ita caligit, com. 4. *Namquid tempus vobis est, ut habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserbit?* Denique lib. iii. apocryphus Eideræ, cap. iv. 43. demonstrat à Dario concessam ex voto facultatem urbis constitunda.

Quod autem petrine etiam urbis excitanda potestas Nec non Artaxerxis anno quanto, vel sexto tributa sit Eideræ. dubium estne potest, si quis animo reputet, adificato jam ex editio Darii Templo, nihil prater urbem aliud superflue, cuius instauratio vel columnis hostium haec dilata fuerat, vel certe ob pecuniarum ad summum inopiam perfici minimè potuerat. Quocirca Nehemias ampliorem ab rege licentiam natus est minimum reficiendū, ac reliqua urbis absolvendæ, in eamque rem largiores impētū sunt ex fisco suppeditata, ut non tam urbis instaurandæ nova potestas habendat, quam sumptuum ad eam rem benignius exgranandum; ac prohibendæ acris violentia omnis, & iniuria, quæ circumfusum Hierosolymis hostes Iudeos per invadim̄ morari non defitteret. Ad hac Artaxerxes Eideræ i. cap. vii. 6. Eideræ concessisse dicitur petitio nem eum omnem. Tum cap. ix. 9. Eideræ refert, inclinatum ad Deo cor esse regis, adeo ut permetteret *exfratre solitudines domus Dei.* qua de Templo ipso non possunt accipi. quippe quod anno Darii sexto completum jam erat, cap. vi. 15.

His de causis in ea sum sententia, nullum est Persicis regibus templi condendi jus Iraætis tribuisse, quin una etiam urbis adificanda concederet. Etenim cujusmodi tandem potestas est illa, si mediis in ruderibus, atque urbis ruinis magnificissimum illud adificium excitari jussit. Ac de solo Templo ideo fit in prioribus illis decretis, & historiis mentio, quod caput istud esset ut Judaicæ religionis, ita licentia, aut facultatis ab illis regibus impetratae, cuius velut accessio quadam, & ornatus reliqua, quibus circumdatum erat, adficiātā conferentur.

## CAPUT XXX.

Proponuntur, expendunturque variae de LXX. hebdomadias sententia.

I **N**CREBILIS est opinione de illarum initio, tum exitu varietas, & conflictus. \* Hieronymus octo recentet, accuratè singulas edidit. Perrerius vero quindecim enumeratis, ac refutatis, decimam ipse sextam adiicit. Nos paucas ex omnibus, ac præcipuas diligimus; totidem videlicet, quo hebdomadum initia esse possunt, que sunt quatuor, quibus ob Darii ὑπερβάσια quinta, ac potissimum Scaligeriana succedit. His enim exagitat, ac discutis elata veritas illuftrior, ac nitidior apparet.

Igitur prætermis illorum rationibus, qui aliunde, quam à potestate instaurandæ urbis aut templi ab aliquo Persarum ex regibus facta, hebdomadarum caput arceſtunt, hoc velut certum, & confessum sumimus; exitum illam sermonis de instauranda urbe, à quo numerandas esse septuaginta annorum hebdomadas Angelus apud Daniellum admonet, decretum esse regis aliquis Persicē, qui id Iudeis permitterit. unde ad unum aliquot decretorum quævior hebdomadarum initium debet referri. adeoque quatuor opiniones præcipua sunt falsitia. Nam aut ab anno primo Cyri ducendæ sunt hebdomades; aut à secundo Darii: aut à vii. Artaxerxes: aut ab ejusdem denique vicesimo. Sed quoniam Darii, & Artaxerxes complures fuerunt, hinc varia rufus sententiarum divortia propagantur.

† Qui ab anno primo Cyri sunt exorsi veteres ferē, ab anno minus in historia mihi videntur exacti. Clemens Alex. primo Stromatum lib. i. eti perobscure loquitur; inde tamen mens mens.

K k 2 hebd-

\* Vide Iudeorum Pelusiorum lib. iii. Epist. lxxxix. ubi incipit à xx. Artaxerxes ἤπειρος anno 8 definit in excidiū urbis. Qui ad hebdomadas illas extendunt ad Mundū occasum, ut Herodius Cateches. xi. numerat hebdomadas lxx. ab anno vi. Darii Medi, id est primo Olympiadis lxxvi. ad quartum Olymp. lxxxi. que sunt integræ cxx. & definit in Herodio initium. Petavius.

† Proferit pag. 2. de promissionib[us] cap. 37. nūc omnia, & i Dario à quo Tempum ceptum est, ad Cyrum, annos numerat 40, quibus Tempum absolutum est. Idem pro Nehemia Eiderā ponit. Petavius.

\* Chrysostomus Orat. ii. contra Iudeos numerat lxxii. hebdomadas à xx. Artaxerxes Longimanu, cum urbem adificavit, sed non procedit. Cyrius Cateches. xi. numerat hebdomadas lxx. ab anno vi. Darii Medi, id est primo Olympiadis lxxvi. ad quartum Olymp. lxxxi. que sunt integræ cxx. & definit in Herodio initium. Petavius.

† Vide Proferit Parte ii. de promissionib[us] cap. xxxv. ubi ex Hieronymo lxx. Hebdomadas definit in natalem & Passionem, et ultimam in excidiū Hierosolymitanum. Petavius.

hebdomadas auspiciari videtur. Scribit enim à captivitate, qua Hieremias tempore contigit, deinceps Danielis vaticinium illud esse completum de lxx. hebdomadis intervalllo, quod ex Daniele trifariam tribuens, in hebdomades septem, & sexaginta duas; & ultimam, cuius dimidio sacrificium defuerit; de priori parte ita scribit: ἐν τῷ ἑταῖρῳ ἡ ἑβδομάδην προσδιδούσῃ τῷ τάξει, τῷ τάξει Φαρεζόν τοι. οὐ τοῦ Ερθυλίου γέγονεν, τῷ τάξει Χριστοῦ βασικόν τοι διδούσιν, οὐ τοῦ Ιησοῦν τοῦ ἀπόστολον, οὐ τοῦ εὐαγγελιστοῦ τοῦ Ιησοῦν τοῦ χαροῦ ἀπόστολον τοῦ Ιησοῦν τοῦ εὐαγγελιστοῦ τοῦ Ιησοῦν τοῦ πάπαν. Quod igitur in septem hebdomadibus manifesta est templum, manifesta res est. Hoc enim in libro Esdra scriptum est, atque ita Christus rex Iudeorum dux exsistit, explicatis septem hebdomadibus in Hierusalem. Porro in sexaginta duabus hebdomadibus quievit omnis Iuda, & à bellis vacavit. Et Dominus noster Christus sanctus sanctorum veniens, ac visione, & Prophetae implens, carne unius est à Parvis Spiritu. Quocirca hebdomadum initium caput ab anno primo Pericli imperii, eodem solute captivitatis, vel potius à secundo Cyri. Nam Persarum regum annos enumerans, Cyro tricenos, Cambysis undevicensos assignat: ex quibus novem, & quadraginta conflantur, que sunt hebdomades septem. Cum igitur anno secundo Darii Hyrcaspis F. Zorobabelis missum esset à Parvis Spiritu. Quocirca hebdomadum initium caput ab anno primo Pericli imperii, eodem solute captivitatis, vel potius à secundo Cyri. Nam Persarum regum annos enumerans, Cyro tricenos, Cambysis undevicensos assignat: ex quibus novem, & quadraginta conflantur, que sunt hebdomades septem. Cūm igitur anno secundo Darii Hyrcaspis F. Zorobabelis missum esset dicat, ac templum instaurasse; Darium vero statim post Cambysen recentem; palam est epocham hebdomadarum ab anno secundo Cyri inchoati, easque in anno Darii secundo terminari; ut idem auctor aperte docet. Qui et annos septuaginta Hieremias ab anno primo Olympiadis xlviii. quem undecimum Joacimi, & Nabuchodonosori septimum constituit, ad secundum Darii perdicit. Neque vero septuaginta ipsas hebdomadas continuari censit: sed ejus partes tres, quis Christi Domini usq[ue]b[us] tribuantur: alteram partem annorum esse totidem. hec in hac ipso designata subabsurdus video posse, cum ita: ἐν τοῖς ἔτεσι ἀνάστασης, οὐ τοῖς ἔτεσι, τοῖς ἔτεσι τοῖς ἔτεσι μεταβολῆς τοῖς ἔτεσι αὐτοῦ, διὰ της τοῦ νοσοκόμων ὁπλικῆς ηὔνησης, &c. Totidem annis post resurrectionem, cum Discipulis versatum ait esse Dominum, quoniam in predicatione confumperat. Falso id quidem. Sed videlicet hebdomadis alteram partem non integrum accipit Eusebius; sed ejus dumtaxat initium, quo tempore Christum Apolloton fuit. Negari tamen non potest quia perplexa, & incondite scriperit. sed non ita, ut hebdomadem illam lxx. annis circumscribere video potuerit. Idem Eusebius in Chronico lxx. hebdomadas, id est annos cccclxxxiiii. propagari censet ad annum Abramii MDCCCLXXXII. tertium Olympiadis clxxxv. ita ut hebdomadum clausula sit Antigonii ultimi Hafnoniorum obitus, & Herodis successio.

Eusebi Secundo loco recensendus venit Eusebius, qui libro sententia viii. de Demonstratione plenissima disputatione duplex. stionem istam edidit: ac primum Africani sententiam explicat: de qua subinde non agemus. postea duplum subjungit suam. Prima est, hebdomadas vii. a Cyri

legendum, & iuxtam, ut est in Chronico. Atque hoc quidem pacto anni totidem inter utramque epocham intercedent, quot lxx. hebdomades exigunt; nemini cccclxxxiiii. Sed à vaticinio Danielis aliena videtur esse maximè posterior. Si quidem Christi nomine Pontifices omnes Hebraeos, corumque novissimum ex Hafamonis Antigonum intelligi, parum convenit; ut pofea in oraculo ipsius enarratione docebitur. Deinde Christi atque Messiae vel ortus, vel Pafio ipsa, vel infigne certe quidpiam illius, hebdomadum clausula esse debet; quod in illa Eusebii opinione non cernitur. In Herodem cur desinat, nulla ex Danielis verbis occasio satis idonea colligitur. Quod idem & de Hyrcanice, quam Eusebius parum constans fibi hebdomadum fini prescribit uti purare possumus. Ut omittamus minus id consentaneum esse, pofremus hebdomadem tam ab antecedentibus intervalllo dirimus.

Reliqua sunt opiniones duas: quarum prior ab anno septimo Artaxeris Longimanii; posterior ab ejusdem vicefimo hebdomadis incipit: ambo autem in eundem conpirant exiunt; qui est annus Dominice Passionis. Sed prior annos communes, hoc est Julianos, vel lunares embolimis mensibus implicatis numerat; altera lunares simplices, & intercalaris mensibus solutos: utraque solidas hebdomadas lxx. annos cccxc. Author posterior est Africanus apud Eusebium lib. viii. de Demontri. Qui hebdomadas lxx. a vicefimo anno Attaxeris inchoat, qui est annus cxv. ab initio Persici regni: ab Hierosolymitanuero excidio, clxxxv. Olympiadis octogesima tertia, quartus: a quo ad secundum Olympiadis ccii. quo pasus est Christus, quique est Tiberii xv. anni sunt cccclxxxv. lunares simplices; que sunt Octaeterides ixi. & menses tres. Cum igitur octaeteris qualibet tres menses embolimis habeat; colliguntur ex embolimis mensibus anni xv. feret; qui ad superiores additi, summan conficiunt annorum ccxc. Hac Africanus apud Eusebium, que in Scaligerianis Excerptis è Georgio Monacho longè aliis verbis explicantur, quām quā ab Eusebio ipso descripta sunt. Sane quidem annus ii. Olympiadis ccii. exiens convenit in annum editionis Julianae lxxvi. Periodi Julianae 4749. quo annus secundus Olympiadis illius cepit, ac tertius init: quem nos annum Dominicæ Passionis praefigimus. Sed idem Tiberii non xvi. sed xviii. hoc est xvi. intrens numerabit. Atque ita, nisi fallor, scriptor Africanus: tamēt' perinde in Scaligeri mētēdōis leguntur. At Hieronymus decimum quintum annum ex Africano concipit, quo pafum ipso dixerit Christum. Sed verifimus est, quod dixi, id in exente decimum septimum cadere. Artaxerxes porrò cepit anno xv. Olympiadis lxxvii. Periodi Julianae 4743. ut suo loco demonstratum est. Ergo vicefimus illius init anno Periodi Julianae 4748. tertio Olympiadis lxxxi. defit vero in eundem quarti Olympiadis ejusdem. Quare ab anno Periodi Julianae 4749. Africanus hebdomadas inchoavit. Inde verò ad annum secundum Olympiadis ccii. anni sunt solares cccclxxxv. Definientur in annum Periodi Julianae 4743. qui est aera Dionysiana, xxx. Ergo & Pafio Domini, & hebdomadarum clausula in xxxi. aera Dionysiana convenit. Huic Africani sententia hodierni plerique Scriptores Annalium, & Chronologi subscibunt, quod apertissimum numerus annorum ille cum initio hebdomadarum, ac fine consentiat. Praefertur cum apud Danielis scriptum fit; septuaginta hebdomadas abbreviata esse. quod sic interpretari illi solent, ut ex plenis, & ad scilicet annis ubi nonnulli annos detracunt, embolimis mensibus, contrafacti, & Arabici. Verum id in opinione illa displaceat, quod ejusmodi annorum forma usum esse Danielē putat, quā apud Judæos numquam in uero versata est. Sane cum annorum certum numerum praefivit Angelus, non alios usurpare debuit, quām qui Judæi noti, vel populares essent. At Arabicos illos, & simplices lunares gens illa non tenuit. Neque vero abbreviandi vocabulum detracitum aliquid de anni civilis modo significat; sed alia notio ne sumitur; ut postea dicetur. Nunc de ea quaque, quid Scaliger fererit, postremo videamus.

## CAPUT XXXI.

Scaligeriana de hebdomadibus Danielis sententia in utraque editione refellitur.

EVERUS Sulpitius lib. ii. Histor. Danielis hebdomadas ix. ab anno secundo Darii Nothi (quem Ochum nominat) ad Hierosolymorum excidium pertinere putat; ita ut anni cccclxxxiiii. inter utrumque terminum intercedant: de septuaginta hebdomade verbum nullum. Hanc Sulpitii epocham Scaliger in utraque editione complexus est; tamēt' diversa utrobique de opinione in hujus intervalllo dixerat. In priori quidem anno cccxc. id est hebdomadas integras septuaginta à secundo Darii Nothi, qui est Periodi Julianae 4291. auctoritatis, casdem in annum circiter xi. vel xii. Nero definet. Periodi Julianae 4781. tertium feret ante Urbis excidium, quod in annum Periodi Julianae 4782. confert. Nam initio Iudaci belli copiae putat p[er]īv[er]tae & iugulatae, qui est Romanorum exercitus, Urbi facta circumdat. Polte septem hebdomadas, & ixi. à Danielie distinctas ita dispensat. Negat ambas istas partes, cum singulari hebdomade, quam subinde commemorat, partes esse & p[er]īv[er]tae, septuaginta videlicet hebdomadum, quām quibus loquitur Angelus com. 24. Septuaginta hebdomades determinate sunt sacer populo tuo, & Neque enim partes illa continuantur, septem hebdomadas, sexaginta duas, & una denique. sed a diversis capitibus profiscuntur, nec eadem conspirant; vii. hebdomades, five lxx. à secundo Darii Nothi ad xxxi. Artaxerxis Memoris pertingunt, quo tempore Hierosolymorum placet, vicesque directis, & abolito adscitiorum opere, Neemias in Persidem rediit; Nhem. v. 14. & xxi. 6. Igitur anni xvii. reliqui Darii Nothi cum annis xxxii. Artaxerxis Memoris annos faciunt lxxi. At hebdomades lxxi. annosque cccxxxiv. ab anno quinto Artaxerxis ad annum Passionis Domini. porrigit, quem Periodi Julianae numerat 4747. Proinde anno v. Artaxerxis latum est editum: cum quo anno vertente Esdri aucti mensibus populi in Iudeam profectus est. Postremo septuaginta hebdomadem duas in partes tribuit: priorem vero, annorum iv. cum semis, à Baptismo Christi ad ejus Passionem extendit; reliquum biennium cum sex mensibus ab xi. Neronis ad bellum Iudaicum patratum.

In Editione vero secunda totum ipsum hebdomadum, annorumque vixi ab anno secundo Darii Nothi ad excidium Templi perducit. Sed præter hebdomadas lxx. annosque cccxc, unius dimidium, id est annos tres, & semis adiicit; ut in totum anni sint ccccxci. à secundo Darii Nothi ad Hierosolymorum excidium. Quod quidem singulatim ita demonstrat pag. 594. Quod enim à Darii Nothi secundo initium hebdomadarum capi debet, inde colligit. Nam tria sunt excepta factis in historiis edita regum Perlarum, quibus edificandorum Hierosolymorum, & templi potest facta: Cyri quidem Esdri. 1, 2. & vi. 3. Darii, cap. vi. 11. Artaxerxis, cap. vii. 11. Non potest editum esse Cyri, de quo meminit Daniel. Nam inde putatis anni cccxc. definit in Herodis initium; quod alienum est. Neque Artaxerxis esse potest. Siquidem Artaxerxes ille non est μαρχόν Xerxis F. sed οὐ πρίν, Darii Nothi filius: ut probatum esse dicit capite superiori, in quo de Persarum regum successione differuit. At si ab ejus anno primo putentur anni cccxc. definit in annum primum Agonis Capitolini Domitiani. quod est ridiculum. Ab edito igitur Darii numerandi sunt; quem non Hyrcaspis F. sed Nothum esse, eodem illo superiori capite definit. Tum alio id argumento probat, quod validissimum telum appellat. Quippe annis ante secundum annum Darii, septuaginta, jejuna quinti, & sexti mensis instituta jam erant; ut Zacharizvii, 5. significatur. At ea non potuerunt alibi, quā Hierosolymis, & ab Ecclesia constituta. Nam nulla solemnia celebrata sunt in exilio; ut ex Scenopegia festo liquet; cuius cultus oblivioni traditus est, Neemias viii, 15, 16. Sed & Daniel à iv. die Nisan ad xxiv. jejunia. Ergo xiv. Nisan Pascha non celebravit. Nulla ergo solemnia, aut jejuna in deportatione insisterunt, sed in Palestina, iam aliarante, & iugis sacrificio obtinente, illa instituta sunt. Cūm legem

Cum igitur Zacharias anno secundo aferit Darii prophetans, ante annos lxx. instituta esse mensis quinti, ac septimi jejunias; si ab anno secundo Darii Hystaspis F. retro numeres, nempe ab anno Periodi Julianæ 4194, definit calculus in annum quartum à capto Sedecia, quo nulla erat Ecclesia in Palestina. Quare ab anno secundo Darii Nothi retexendi sunt, ut definant in xxviiij. Darii Hystaspis F. quo tempore Iudei Hierosolymis quidem degabant; sed nondum Templum, ac mania urbis exstruxerant.

III. Jam vero partitio illa hebdomadum vii, xxi, & i. pag. 567. intervallorum continuationem habet nullam, & nihil arcaniorem sensum continet, quam minima apud Ezechiel, cap. xiv. 12. divisio in xxv, xx. & xv. sicut: quæ summa efficit sexaginta. In hebdomadibus mentione fit passionis Christi, & Hierosolymitan exscidi: quod intervallum est annorum xxxvii. Alia itaque ratio est hebdomadum omnium lxx. alia partitionis. Hebdomades lxx. cum dimidia ab anno ii. Darii ad Hierosolymitan exscidi pertingunt. At lxii. hebdomades in necem Messias definit. Quare si retexantur eorum anni, qui sunt ccccxxxiv. pervenient ad annum v. Artaxerxis Memoris, Periodi Julianæ 4313. quo editio de instaurandis Hierosolymis latum est. Septem hebdomadas quòd specient nescire se profiteret Scaliger. Septuaginta hebdomadam vel integrum accipi posse dicit; vel dimidium ejus ante, alterum dimidium post passionem. Sed qua acta, vel gesta illius temporis attribuenda sint, viderint, inquit, eruditiores. Praeter hebdomadas denique septuaginta, dimidiad unam admittitur. Etenim Danielis illa verba, quæ post sexaginta duas hebdomadas, septem, & unam subjunctione: Et in dimidio hebdomadis deficit hostia; nova dimidium significare videntur.

Refutatur utraque Scaligeri opinione multa sunt, quæ merito à nobis improbarunt. Primum nequaquam ab anno secundo Darii Nothi; sed Hystaspis F. computanda fuerunt hebdomades, si quidem ab edito Darii profici illas oportebat. Hic enim, non Nothus, in Iudæorum gratiam editum tulit, de quo Esdræ vi. nec non apud Zacharium, & Aggæum fit mentio, ut suo loco probatum est. Deinde partitionem carundem hebdomadum in septem, & sexaginta duas, atque unam non recte accipit. Nam & continuari intervalla singula verisimilis est, & quomodo à Scaligero describuntur, jocularem & absurdam rationem continent. Sane cùm Propheta dixerit com. 24. Septuaginta hebdomades abbreviata sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, &c. moxque subiecta. Ab exitu sermonis, ut iterum adficietur Hierusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duas erunt. Exitu sermonis vulgo sic accipiunt, ut nro. exitus, sit prolatio, ac pronunciatio decreti, quod à Persarum rege profectum est. Sed quod non unius regis editum exierit, in varia tempora hebdomadum initium diffrahitur. At ego vocabulum nro non solam arbitror editi promulgationem, sed amplius aliquid esse: nempe id quod Latina vox propriè significat; veram, ac seriam decreti illius executionem: ita ut, mora omni, impedimentoque sublatio, opus ipsum urgiri, & Hierosolyma instaurari coepit. Ita non difficile est assequi de quo potissimum editio locutus sit Angelus. Quamvis enim superioribus, ac tribus Persarum principum decretis (quatuor enim fuerunt) Templi pariter atque urbis excitate potest facta sit, tamen multa intercurent, quæ suscepimus utriusque exdificationem, ac Iudeorum confusa distractur. Itaque Templo ipsum nonnisi ab anno Darii secundo bona fide exstruxi ceptum est: adeo ut sexto eiusdem regis anno ultima sit operi manus adhibita. Esdr. i. cap. vi. 15.

In altera porro secunda editionis opinione, cùm illud minimè probatur, quòd Darium, cuius editio reficiendi Templi potest est facta, Nothus esse statuit: cum quod ad eam rem probandum argumentum affutatur, evidenter est falsum. Nullum deportationis tempore solemne; jejunium nullum ait institutum; nec alibi, quam Hierosolymis, & altari, iugice sacrificio stante, potuisse constitui. Atqui Mardonius & Esther in Perside solemnia festa non solum instituerunt; sed eorum quoque religionibus Iudeos omnes obstrin-

